

B. h. II, 309.  
h. 60, 8.

X 187 8803

Q. D. B. V.

II k  
3074

# MUTATORUM SURDORUMQUE CIRCA FEUDA JUS,

PRÆSIDE

JO. HENRICO BERGERO, D.

Potentiss. PR. ELECTORIS SAXONIS in  
summo Provocationum Judicio Consiliario, Col-  
legiorumque Juridicorum, quæ Vitembergæ sunt,  
Assessore,

Patrono, Præceptore ac Hospite suo omni  
cultu etatem devenerando,

Ad Diem XI. Januar. Anno cIɔ Iɔc XCVI.  
edisseret

JO. ZACHARIAS SCHMIEDER,  
Dresdensis.



VITEMBERGÆ,  
Typis CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad. Typ.





## I. N. D.

### I.



Trum muti & surdi,  
qvos imperfectos Jus Feu-  
dale vocat, *z. feud. 36.* ad feudi suc-  
cessionem sint admittendi, anceps  
quæstio, ac diu multumque agita-  
ta est. Difficultatem pariunt lo-  
ci Juris Feudalis *i. Feud. 6. §. 2. & 2. Feud. 36.* inter qvos  
repugnantiam perspicuam esse, Hotomannus asseve-  
rat. Igitur operæ pretium me facturum puto, si,  
qua ratione utrumque textum esse intelligendum  
existimem, sepositis aliorum explicationibus, quas  
per compendium exhibuit Illustris Dn. de Rhey, hic  
breviter indicem.

*Institutū.*

### II.

Ac primum quidem *i. Feud. 6. §. 2.* sic interpre-  
tor: MUTUS ex accidenti aliquo, qui, acquisito  
feudo, linguae usum amisit. Neque vero hoc, secus  
ac Hartmann. Pistoris putat *lib. 2. quest. 32. n. 38.* est di-  
vinatorium, quia Gerardo ibi propositum erat, de  
tertio amittendi feudi modo agere, ut non tantum  
ex §§. precedentibus, sed & ex ipsius §. 2. verbis: reti-  
nere, quo ei ablato, amittitur, satis sufficienterque li-  
*t. f. 6. §. 2.*  
*explicat.*  
*H. Pistor.*  
*notat.*  
*qvet.*

A 2

qvet. FEUDUM novum, quod Vasallo isti, cum  
scilicet nulla imperfectione laboraret, atque adeo qui  
non natus sit mutus, primum est collatum. Ut au-  
*De novo*  
*feudo agi*  
*probatur.* tem novum feudum hic intelligamus, suadet non  
solum communis opinionis, de qua ipse quoque dis-  
fentiens Pistorius loco commemorato testatur, aucto-  
ritas, sed & ipse textuum collatorum tenor, veluti  
1. quod 2. *feud.* 36. speciatim de feudo paterno dicitur,  
cujus hic nulla fit mentio. 2. quod ibi adjicitur, eti-  
amsi sic natus fuerit, quod hic perinde omissum. 3.  
quod idem Gerardus, qui hujus loci auctor est, eti-  
am sententiae ibi relatæ auctor vel saltem approba-  
*Vultejii*  
*conjectu-*  
*reji-*  
*ciuntur.* tur esse dicitur. Conjecturas enim, qvas Vultejus  
hanc in rem affert lib. 1. c. 9. n. 64. ipse, tanquam im-  
probabiles rejicit. Præterea intelligendum feudum,  
cujus gratia servitia personalia domino præstanta-  
sunt. Alia vero ratio est feudi, cuius servitium con-  
sistit in pecunia & censu. RETINERE, proprie-  
tus factus est, acquisivit. Qvod enim proprie reti-  
*Verb. re-*  
*tinendi*  
*expon.* netur, id præsupponendum est jam haberri, neque  
auferrri potest, nisi qvod possideatur; siquidem pri-  
vatio præsupponit habitum, nec quicquam alicui re-  
linqui potest, nisi quod idem teneatur. Unde appa-  
ret, Gerardum minus de feudo loqui, de quo ha-  
bendo, vel possidendo, vel tenendo adhuc agatur;  
sed potius de feudo, quod jam habetur, & de quo au-  
ferendo ab eo, qui id habet, adhuc quæstio fit, atque  
adeo, ut supra commonui, de muto non naturâ, sed  
ex accidenti tali. Sed & illud facile intelligitur, Vul-  
teji, aliorumque conjecturam admodum improba-  
bilem esse, ac si hic verbum *retinendi* latius, quam in-  
doles

dole suâ patet, ponatur, adeoque de muto successu-  
ro in feudo, qvod a patre suo haberet. Liberi qui- *Objecio*  
dem ob successionis spem indubitam, jam viventi- *diluitur.*  
bus Parentibus, rerum paternarum domini censem-  
tur. Sed hoc ad Jus, inquam, non ad factum &  
possessionem, quorum retentio spectat, *arg. l. 8. pr.*  
*de his, qui sui vel al. jur.* referendum est. NON  
POTEST, Ratio est, quia per ejusmodi casum ad- *Ratio af-*  
versum muniis obeundis, quæ *arg. 2. feud. 7. ei incum-*  
bunt, parum idoneus redditus esse videtur. Jam  
dominus intelligitur deditse feudum sub modo, ut  
serviat, & modo serviat; Quare cessante caussa, &  
feudum cessare necesse est; qvemadmodum in eo  
accidit, qvi Clericus fit. Pertinet huc pervulgata  
Juris regula: qvoties caussa, ob qvam aliquid da-  
tum est, reducitur ad non-caussam, toties id, qvod  
datum est, repetere licet. Quæ qvidem ratio cum  
qvoqve in surdo, cæco, vel alias imperfecto locum, *Extensio*  
obtineat; idem etiam Gerardum de iis intellexisse *traditur.*  
verosimile est, utpote de qvibus haud minus, atqve  
de muto, id ipsum apud Veteres qvæsitum fuisse, ex  
altero loco satis constat. Et tralatitium est, exemplo  
regulam, qvæ est, non restringi, sed declarari.  
Tametsi vero Rosenthalius *c. 7. concl. 27. n. 19.* cum Pi-  
storio & Vultejo contrariam opinionem, scilicet feu- *rosentha-*  
dum novum ob supervenientem imperfectionem, *lii diff. re-*  
non adimi, in jure veriore autumat: tamen in *timoniu*  
praxi eam vix obtinere posse, ipse *n. 20.* oppido fa- *de pmaxi.*  
tetur.

### III.

SCILICET QVI NULLO MODO LOQUI-  
TUR Mutum *bis* intelligendum esse monet Ger- *Mutq qui*  
*intelliga-*  
*ardus tur.*

Pistor.  
notar.

ardus eum, non qui tarde & difficulter loquitur, hunc enim feudum retinere dubium non est; sed qui nullo modo. Enimvero Hartman. Pistoris *cit loc.* ex his verbis colligit, intelligi mutum natura, utpote cui proprie conveniat, nullo modo fari posse. Sed, quæso, quid impedit, quo minus ex casu quis ita mutus fieri possit, ut omnino loqui nequeat? Et unde probabitur, omnino fari non posse, id quidem magis proprie convenire ei, qui ita natus est, quam ei, qui ita est factus? Similiter surdus, cæcus, claudus intelligendus, non qui difficile audit, aut videt, aut ambulat, sed qui nullo modo. Conf. *l. i. §.*

*R. p. ad l. fin. de O. & A. §. 7. 3 de inutil. stipul.* Nec obstat, quod *io. C. qui l. 10. C. qui testam. fac. poss.* dicitur: nullum esse, qui *testam.*

penitus non exaudiatur, si quis super cerebrum ipsius loquatur; quia ista extraordinaria audiendi ratio hic non attenditur. Ceterum muto & is comparatur, *loc. mu-* qui quidem vocem edit, sed inarticulatam, & omnis *tus exien-* intellectus ac sensus expertem, *arg. l. 7. de supell. leg.* *ditur.*

Sed & is est intelligendus, qui laborat vitio, quod perpetuo duraturum est. Secus enim in eo, de quo spes est, eum Medicorum ope sanari posse; hic enim feudum retinet, ita tamen, ut interim per substitutum servitia debita præstare teneatur. SED SI FEUDUM FUERIT MAGNUM Cujacius monet pro *magnum*, sive, ut alii quidam libri manuscripsi habent, *maternum*, legendum esse *paternum*. Quia quidem lectione posita, tanto evidenter constat, Gerardum antea de feudo novo esse locutum. Tametsi eam emendationem, tacito Cujacii auctoris nomine, improbat vetustissimorum librorum auctoritate suffultus Hotomannus, & postea Rosenthalius

Cujacii  
lectio.

ob alios  
improba-  
ti.

6. 70

c. 7. concl. 28 n. 26. Quodnam autem feudum ma-  
gnū dicēdū sit, Jure feudalī non definitur, sed <sup>rendū</sup>  
pro modo feudi, & conditione personæ, cui alimenta <sup>magnum</sup>  
debentur, arbitrio Parium Curiæ, vel proxime su- <sup>quodnam.</sup>  
perioris, æstimabitur, <sup>arg. l. 15. §. 2 ff. de usufr.</sup> Illustr.  
Dn. de Rhei. hic. QVO EI ABLATO quod voca-  
bulum privationem feudi jam acquisiti involvit SE  
EXHIBERE, id est, sufficienter alere, termino artis <sup>verb. ex-</sup>  
per compendium non inelegante <sup>l. 34. de neg. gest. l. 1. bibere.</sup>  
<sup>§. 1. de off. Præf. Urb. l. 5. de naut. foen. & similibus.</sup>  
Quamvis alias ea significatione apud Auctores non-  
JCTos vix reperiatur, ut ex Eichelio observat Illustr.  
Dn. de Rhei. hic. NON VALEAT, TANTUM,  
Cujacius habet <sup>tum</sup> EI pietatis aut humanitatis ra-  
tione RELINQVI DEBET, UNDE SE SUSTI-  
NERE Notanter ait <sup>sustinere</sup>, ut comprehendantur, <sup>it. sustine-</sup>  
quibuscum ipsi individua societas est, uti uxore, libe- <sup>re explic.</sup>  
ris & honesta ac necessaria familia, <sup>arg. l. 2. 6. ff. de</sup>  
usu & habit. ita tamen, ut nec laute nec misere vi-  
vat, sed pro dignitatis conditione se sustentet, <sup>arg. l.</sup>  
<sup>22. §. 8. solut. matrim.</sup> Cui consequens est, non de-  
beri alimenta, si vel ipse se <sup>arg. l. 15. §. 7. de agnosc. lib.</sup> <sup>Conseffa-</sup>  
vel uxor honeste eum alere possit; nam & illa ope- <sup>rium.</sup>  
ras marito præstare, eumque in subsidium alere te-  
netur, <sup>arg. l. 48. de oper. libert.</sup> Illustr. Dn. de Rhei.  
hic. POSSIT. Decidendi rationem in memoria, <sup>Ratio de-</sup>  
prædefuncti Vafalli, quo patre mutus natus est, con- <sup>cidendi.</sup>  
sistere coarguit Illustr. Dn. de Rhei. hic. Sed hæc <sup>No.</sup>  
ratio præsupponit, hunc locum, secus ac mihi vide-  
tur, de feudo antiquo esse explicandum. Igitur po-  
tius in lenienda duritie ponenda videtur, ut amissio- <sup>Aliaque</sup>  
nis damnum tantisper sarciatur, neve casus vitæ offi- <sup>reddatur.</sup>  
ciat miseri vafalli.

IV.Se-

## IV.

2 f. 36.

*explicat.* Sequitur *āvāAvōis* 2. *feud.* 36. MUTUS qui nul-  
lo modo loquitur, ET particula & non determina-  
tive & conjunctive, sed disjunctive accepta. Quod  
etiam Juri Saxonico convenit, *lib. 1. art. 4. LandR.*  
verb. *Wird auch ein Kind gebohren stumm / Sinn / oder*  
*Wirklos &c.* SURDUS, CAECUS, CLAUDUS, qui  
nullo modo audit, videt, ambulat, VEL ALITER

*Imperfe-* IMPERFECTUS, præcipue corpore, veluti cum-  
*ctus qui* mancus, aut sensu odoratus, gustusve, privatus est.  
*intelliga-* Quanquam idem est in imperfectione animi, v. c. si  
quis mente captus aut furiosus sit, utpote in quibus  
vel maxime ratio, quæ hic affertur, locum habet..  
Cave tamen, huc referas prodigum, *Vultej. 1. c. 9. n.*

ii2. ETIAMSI quæ dictio, cum sit implicativa, ca-  
sum magis dubium exprimit, casum vero minus du-  
biuum ex propria sui natura implicat, & his, quæ ex-  
pressa sunt, includit.; ut proinde primum hoc re-  
sponsum tam de illis, qui muti & surdi nati, quam de  
iis, qui ex accidenti, morbo, tales facti sunt, intelligi  
oporteat, quasi dicat textus: Mutum non solum e-  
um, qui fortuito factus est, sed & eum, qui natus est,  
feudum retinere. SIC NATUS FUERIT, TO-  
TUM FEUDUM RETINEBIT

*laxe sumto re-*

*Retinendi tinendi* vocabulo, ut non tantum eum, qui feudum  
*verb. laxē* jam actu adquisivit & habet, denotet, sed & eum de-  
*sumtum.* signet, qui in eo successurus est, idque propter radi-  
catum vi primæ collationis jus succedendi, qvod  
dum retinet, ipsum feudum retinere dicitur, sicuti  
etiam infeudatus appellatur, cui successio delata est,  
etiamsi nondum sit investitus 2. *feud.* 55. *vers. præterea.*  
Alioqui non congruerent verba textus: etiamsi sic  
*natus*



*natus fuerit.* Ecquis enim dubitaret, imperfectum-  
natum, si a domino ad feudi successionem admissus,  
aut de novo feudo investitus est, feudum retinere? <sup>?</sup>  
cum frustra dominus deinceps reprobaturus sit eum,  
quem semel ultro probarit, ut recte ratiocinatur.  
Bitschius *bis.*

V.

**OBERTUS ET GERARDUS** Gerardus *i. feud.* Gerardus  
6. §. 2. statuit, mutum ex accidente, feudum novum sibi con-  
retinere non posse; hic autem perhibetur sentiens, *ciliatus.*  
eum, qui mutus est sive ex accidenti, sive etiam  
natura, feudum quidem paternum retinere posse to-  
tum. Itaque Gerardus sibi ipsi fatis constat, ut ni-  
hil caussæ sit, quamobrem Hartm. Pistoris *cit. qu. 32. H. Pistor.*  
*n. 25.* erroris coarguat autorem textus nostri, quod *not.*  
is mentem Gerardi male perceperit. Tametsi hoc  
verosimilius sibi videri, quam ullum aliud, fateatur  
Vultejus *cit. loc.* non attendens, quod paulo ante, *Vultejus*  
monuerat, hoc ipsum non minus esse divinatorium, *sibi non*  
quam nonnulla, quæ Pistorius sibi refutanda pro- *constans.*  
posuisset. **ET MULTI ALII.** Ridiculum est, quod  
idem Vultejus conjicit, locum nostrum interpreta-  
tionibus esse depravatum, & post vocabulum *Ober-* *Id ē text.*  
*tus* distinctionem ponendam, ut expuncta particula *mutans*  
& ea, quæ sequuntur, *Gerardus* & *multi alii* non ad *nat.*  
priorem, sed posteriorem sententiam referri debe-  
rent. Qvanquam ipse mox fatetur, illam & antiqui-  
orum & recentiorum constantem esse interpreta-  
tionem, prætereaque phrasin illam: & *multi alii quidam*  
*tamen* videri posse aliquanto duriorum. Enimvero  
non ea est ubique textuum feudalium accuratio, quæ  
esse

B

esse debebat; sed tamen tam incomito & absurdo prorsus sermone usos esse Compilatores, nemo facile crediderit. Et ecqvid opus est ejusmodi contortis conciliandi rationibus, ubi Gerardus sibi ipsi facile conciliari potest?

VI.

QVIDAM TAMEN manifesta hæc est superioris sententiæ correctio, eaque *hic* probata. Nam particula *tamen* vim habet removendi, quasi, non obstante priore sententia, posterior obtinuisse. Nec movet, quod Alvarottus objicit: non esse verosimile, quod Obertus auctor hujus operis posuisset suam opinionem erroneam, ad hoc, ut immediate corrigeretur per alios. Neque enim certum est, solum Obertum fuisse horum titulorum compilatorem; sed probabilius videtur, plurium & variorum istud opus esse, sicut totus liber quartus Cujacianæ editionis, quo hic quoque titulus continetur, ex variis, iisque incertis, auctoribus collectus esse videtur, ut Cujacius notat *proœm. librorum de feudis.* DICUNT, id est, acutius cernentes dicunt, ut adeo isti opponantur Oberto & Gerardo, tanquam non ita subtiliter cernentibus, ut dicitur *i. feud. 7.* vel irrationabiliter considerantibus, ut est *i. feud. 13.* Hos autem minus, quam alios, hac in re prudentes ac cautos fuisse, vel ideo non valde mirandum, iniuste Cujacio *i. feud. 12.* quia Gerardus ne sibi ipsi quidem satis cautus fuerit. Neque ea ætate illi duo soli fuere juris Antistites Obertus & Gerardus, sed et plerique alii, cum honore tum nomine cliores, ut Bulgarus, Martinus, Jacobus Hugolinus, quos in consilio habuit Fridericus

I.ma-

Alvarotti  
dubiū ren-  
movetur.

Verb. di-  
cunt ex-  
ponitur.

Obert. &  
Gerard.  
minus  
cauti.

I. maximus Imperator, ut Radevicus scribit lib. 2. c. 5.  
in appendice ad Otton. Frising. de reb. gest. Friderici I.  
EUM QVI TALIS NATUS EST, Ergo qui ex ac-  
cidenti premitur, feudum retinebit; neque enim, *Differen-*  
*quod ad hunc*, qui in primo responso ex natura di-*tia muti*  
*ctionis implicativæ inerat, attinet, opinio prior re-**nati &*  
*lata corrigitur: quandoquidem solum circa vitium**ex acci-*  
*naturale diversitas opinionum consistit, vitium vero*  
*adventitium quod concernit, omnes uno ore consen-*  
*tiunt, istud obstaculo non esse, quo minus Vasallus*  
*feudum retinere possit.* *Quod quidem notandum,*  
contra Andr. de Isernia, Sonsbeccium & alios, qui *Isern.* &  
mutum absqve discrimine, sive sit natura sive *ex Sonsbecc.*  
postfacto, feudum neque novum, neque antiquum *not.*  
retinere posse statuunt; *Quanquam modo memora-*  
*tus Isernia hoc, tanquam Evangelium, tenendum*  
*esse velit.* Ratio vero diversitatis, si qvæ exigatur, *Ratio di-*  
non difficulter in medium afferri potest; nam is, qui *versitatis.*  
imperfectus natus est, nullo alio Jure nititur, qvo ad  
feudum adspirare possit, quam pacto antecessorum.  
Atqui vero hoc Juris interpretatione hanc habet an-  
nexam conditionem, ut fidei illis successoribus  
concessum esse intelligatur, qui successionis tempore  
habiles, & ad præstanta servitia idonei reperti fue-  
rint. *Quamobrem pactum istud ad eum, qui mutus*  
*natus est, minime pertinet.* At quando quis feu-  
dum acquisivit, &, investitura impetrata, juramen-  
tum fidelitatis præsttit, tum ex negotio inter domi-  
num & vasallum gesto hæc inter illos orta est obli-  
gatio, ut dominus non solum vasallum sine culpa, ab  
ipso commissa, feudo privare non possit, sed, etsi casu  
aliquo præpeditus servire nequeat, æquo tamen a-

*Feudum.  
servire  
quid.*

nimo tolerare & substitutum admittere teneatur...  
**FEUDUM RETINERE NON POSSE**, QVIA  
IPSUM **feudum SERVIRE** active, id est, servitia,  
feudalia præstare, quod nobis est *ein Lehn bedienen*.  
Ex qua ratione subiecta tanto evidentius liquet, bre-  
pudiata opinione priori probari posteriorem **NON  
VALET**. SIC DICIMUS IN CLERICO ET  
IN FOEMINA, ET IN SIMILIBUS. Hæc  
verba pertinent ad rationem præcedentem, eamq[ue]  
illustrant. Sicut enim Clericus in feudo non succe-  
dit, *z. feud. 21.* uti etiam nec foemina, *z. feud. 11.* ita nec  
qui imperfectus natus est. Itaque certum redditur,  
posteriorem sententiam probari, quæ alias quoque  
in Jure feudal[i] toties prævalet, quoties ratione me-  
liore munita est, Rosenthal. *c. 10. concl. 42. n. 39.*

VII.

*Summa  
textuum  
Jur. feud.*

*Ratio.*

Qua quidem utriusque loci resolutione, & in-  
terpretatione observata, summa eoredit: Quoties  
quis natura mutus est, toties **feudum**, idque paternum,  
retinere non potest, *z. feud. 36. vers. quidam di-*  
*cunt,* quoties autem ex accidenti aliquo mutus fa-  
ctus est, toties **feudum** quidem paternum retinere  
potest totum, *z. feud. 36. pr.* (Ecquis enim hoc quod  
is, qui tempore successionis habilis quidem fuit ad  
servitia præstanta, & postea ex accidenti inhabilis  
factus est, si maxime in prælio debilitatus sit, vel ob-  
diuturnos militiæ labores aliquo vitio laborare cœ-  
perit, feudo privari debeat, non diceret crudelissi-  
mum atque iniquissimum *z. feud. 24. §. 2.* præsertim  
cum per substitutum servire cogatur, *arg. z. feud. 55.  
§. firmiter*) novum autem retinere non potest *i. feud.*

6. §. 2.

6 §. 2. pr. ita tamen, ut si, ablato eo, egestate labo-  
raturus sit, tum pietatis aut humanitatis ratione il-  
lud ei relinquendum sit, ut inde fese alere possit, <sup>et</sup>  
feud. 6. §. 2. in fin. Bitsch. ad 2. feud. 36. ubi quod  
addidit: etum, qui natura mutus est, feudum etiam  
novum retinere non posse, recte quidem habet, si  
vocabulo feudi novi intelligat, de quo pater muti-  
primum investitus erat, sed ex 1. feud. 6. §. 2. qvem  
hanc in rem commemoravit, non probatur, maxime  
cum & ipse Bitschius citatum locum de muto ex acci-  
denti aliquo explicet. Sed audiamus hoc loco Hart-  
man. Pistorium. Hic vero ait: Si in feudo novo a-  
liter diceremus, tum sane vel in feudo paterno con- <sup>H. Pistor.</sup>  
tra omnem tam Juris quam æquitatis rationem idem <sup>notar.</sup>  
esse admittendum, nulla probabili subsistente diver-  
sitas caufsa, vel si aliud in feudo novo, quam in pa-  
terno, statuere velimus, tantam rationum, & con-  
clusionum inde descendantium, introductum iri con-  
trarietatem, ut conciliari penitus non possent, sed  
materia ista omnino confunderetur. Igitur Pisto-  
rii sententia eoredit, nullam subesse idoneam diffe-  
rentiae rationem, totusque is in eo est, ut textum in  
§. mutus de feudo paterno & natura muto, vocabu-  
lum etiam *retinendi*, habito respectu ad Jus succeden-  
di, explicare sat agat... Atqvi vero supra, quamob-  
rem hæc interpretatio minus subsistere possit, satis,  
opinor, ostensum.

### VIII.

Sed & res omnia salva est; quantum eam  
difficultatem, quod eadem utroque æquita-  
tis ratio militet, ex Hartm. Pistorio Rosenthalius ur-

*Causa di-* get, c. 7. concl. 27. n. 19. in fin. Causa nempe, quam  
*scriminis* obrem mutus ex accidenti aliquo durius habeatur,  
*in eis seu* in feudo novo, quam in paterno, mihi arcessenda  
*dum no-* videtur ex respectu plane personali, quem is, qui  
*vum &* feudum novum constituit, erga vasallum habere in-  
*paternum* telligitur; Feudi novi scopus in personam ipsius Va-  
*affertur.* falli directus, fixusque videtur, ut ipse grata domino  
perhibeat servitia. Hæc, inquam, efficiunt, ut, quem-  
admodum feudum a domino intuitu primi investiti,  
ejus descendantibus masculis confertur: ita arctius  
ille, quam quidem hi, domino obligatus intelligatur.  
Obligatio, qua primitus investitus domino obstringi-  
tur, ad ejus personæ conditionem adstrictior est,  
quam ut æque descendentes, quos non novit domi-  
nus, complectatur. Itaque, semel a vasallo primo  
ad ejus descendentes masculos feudo rite translato,  
rationis est, eos semel ad successionem admissos, de-  
inceps non facile eo privari debere. Feudum ha-  
buit originem in persona patris, & deinde etiam  
fuit confirmatum in persona successoris, qui, cum  
semel idoneus fuerit, justam succedendi spem ex pa-  
cto antecessorum nactus est. Licet igitur deinceps  
casu quopiam imperfectus reddatur: non tamen  
propterea protinus amittit feudum duabus radicibus  
firmatum, cum duo vincula regulariter sint fortiora  
uno. Alia vero ratio est in feudo novo, ubi feudum  
posidens nullo antecessorum jure se tueri potest.  
Non itaque mirum, cur, diversa subsistente ratio-  
ne, diversum Jus statuatur. Atque hæc ipsa, quam  
*Commu-* in præsens laudavi atque muniyi, communis opinio  
*nis opinio.* est, si quidem fidem habendam ipsi, alioqui dissentienti, Hartm. Pistorio existimemus. Qvanq; enim dif-  
ficile

*Commu-  
nis opinio.*



ficile est, utra sit communis sententia: judicare, tam  
en, ubi probabiliter de ea constat, nolim facile, ni-  
si evidentissima me moveant momenta, ab ea disce-  
dere, præsertim cum & eandem foro se pridem  
commendasse verosimile sit. Neque vero idonea  
fatis cauissa apparet, qvamobrem Sim. Ulric. Pistoris  
*addit. ad quest. 32. lib. 2.* Fachinæum, qvi lib. 7. con-*Fachinæ-*  
*trob. 34.* nobiscum facit, atqve quæ circa hanc rem <sup>us laudat</sup>  
ab aliis magna judiciorum varietate ac disceptatio-<sup>tur.</sup>  
ne allata sunt, in formam ordinis redigit, perspicue-  
que explanat ac firmat, non absqve aculeo repre-  
hendat.

## IX.

Qvod ad usum attinet, ambigat qvis, hodie ea, <sup>Uſus ar-</sup>  
qvæ tam operose de muto disposita leguntur, rigide <sup>gumenti.</sup>  
curari; cum plerique vasalli vicaria opera servitia  
dominis exhibere soleant. Idemqve multo magis.  
in Pomerania, ubi feuda saltem non omnia oblata  
& liberiora esse perhibentur, locum habere videtur.  
Verum enim vero, quoniam illud, qvod de modo  
præstandi servitia prædixi, a gratia domini directi <sup>afferitur</sup>  
pendet, & feuda oblata post contractum feudalem,  
factamqve investitram, non minus proprietatem  
ac indolem feudi induunt, vix est, ut dominus, vi-  
tium prætendens, repelli possit. Quid enim, si do-  
minus personam vasalli præcise desideret? Ac si te-  
stimonia hoc loco requisiveris, provocabo ad Illustrem *Testimo-*  
Dn. de Rhei *bis*, qvi ægre consuetudine huic sententiæ *nū illu-*  
revera esse derogatum, legitime probari posse scri-*fr. Dn. de*  
bit, nec distinguendum, novumne an antiquum *Rhei.*  
feudum sit, natura an casu defectum talem contra-  
xisset

xisset, subjicit. Sane, qvod tamen rectius ad *tb. seq. u.*  
*Exemplū* referri poterat, A. B. c. 25. §. 2. conceptis verbis se-  
*ex A. B.* cundogenitus ad dignitatem successionemque Elec-  
torialem vocatur, sicubi primogenitus mente ca-  
ptus, fatuus sit, aliove vitio labore, ob qvod non  
posset hominibus principari, hoc est, rite & ex di-  
gnitate Electorium obire munus. Qvæ quidem Im-  
*Extensio.* perii constitutio ad mutos, surdos, præsertim si tales  
*objectio* sint natura, item cæcos est producenda, ut reæte col-  
*remove-*  
*sur* ligit Limnæus *ad A. B. c. 7. §. 2. obs. 13.* Neqve Im-  
perii Principes, aliosqve illustres Vasallos, a rigore  
istius Juris immunes præstare possis, ut maxime ur-  
geas: per substitutos hodie plerumqve munera &  
servitia Vasallitica obiri, imo & pecunia redimi so-  
lere. Ecqvid enim, si Cæsar justa de caussa perso-  
nalem eorundem præsentiam exegerit? Amplius,  
spectatis primis concessionis tabulis, in dubio id fa-  
ctum esse intelligitur, ut, qvi ex vasalli sobole ad ser-  
vitia præstanta inhabilis est, etiam in prima inve-  
titura non comprehensus esse censeatur. Denique  
eum, qvi ob perpetuum naturæ vitium, morbum ve-  
sonticum, rempublicam administrare neqvit, regimi-  
ni nihilominus admoveri, non inconsultum modo,  
sed & publice noxiū foret. Conf. Besold. *lib. 1. de*  
*Success. Diss. 10. n. 1. seqq.*

## X.

*Jus Saxo-* Speciatim Jure Saxonico qvid hoc loco sit,  
*nium ex.* constitutum, operaæ pretium est perpendere. Eove-  
*plic.* ro hoc dispositum legitur *Lib. 1. LandR. art. 4.* Wird  
*1. LandR.* ein Kind geboren stumm / Sinn- oder Wiß-los / oder  
*4.* Blind / oder sonst unvollständig an seinem Leibe / das ist  
wohl

seq. u.  
bis se-  
e Ele-  
ante ca-  
non  
ex di-  
m Im-  
si tales  
ete col-  
ve Im-  
gore  
ne ur-  
era &  
ni so-  
perso-  
plius,  
id fa-  
d ser-  
inve-  
nique  
imve  
gimi-  
odo,  
. i. de

wohl Erbe zum Land-Recht / aber nicht zu Lehn-Rechte / hätte aber ein Mann Lehn empfangen / ehe er so gesbrechlich worden wäre / das verleiht er darmit nicht. Der Aussätzige Mann der empfahet gleicher weise auch kein Lehen / noch kein Erbe / hat er aber das empfangen vor der Seuche und wird darnach siech / er behält es und vererbet es auch / als ein ander Mann. id est, ut in Latino textu habetur, *si eveniat, quod puer surdus, aut mutus, aut altero aut utroq; pede, aut manu carens nascatur, talis Jure Civili heres existere potest, sed non Jure feudali. Si autem feudum, antequam hujusmodi impedimentum illi obvenisset, sit sortitus, propter superveniens impedimentum, id, quod jam acquisitum sibi habet, non amittit, quod similiter de leproso homine afferimus.* De eodem argumento cap. 39. LehnR. habentur hæc verba: *Man LehnR.* mag auch niemand sein Lehen nehmen / darumb / ob ex c. 30. Blind ist / oder aber eines Gliedes darbet / noch umb feiner Hand-Seuche. Duo hie colligas, qvorum alterum est, eum, qui natura surdus, mutus, vel alioquin imperfectus natus est, ad feudi successionem non admitti; alterum: feudum superveniente calamitate non amitti. Quod quidem non de feudo solum paterno intelligo, cum certe verba utriusque loci tam generatim concepta sint, ut vix de solo feudo paterno accipi queant. Quanquam enim priore loco 1. LandR. 4. agitur de Jure successionis, disquiriturque, utrum puer natus imperfectus in feudo succedat, : tamen animadvertisendum est, deinceps, cum de superveniente vitio agitur, textum generatim loqui de eo, qui de feudo semel est investitus: hätte aber ein Mann Lehn empfangen / item, hat er aber das empfangen vor der Seuche. Quæ certe verba indicio sunt.

C

ac ar-

*Sententia  
utriusque  
loci pre-  
batur.*



ac argumento, qvo tandem modo, sive per successio-  
nem, sive per primam investitaram qvis feudo po-  
titus sit, eum vitio superveniente feudo non privari.  
**Q**vandoqvidem ex verbis hisce, tam saepe iteratis, e-  
videns est, omnem hujus Juris rationem in eo con-  
sistere, qvod vasallus, qui deinde minus idoneus fa-  
ctus est, investitram feudi jam impetraverat, ne vi-  
delicet is, qvi semel de feudo investitus & pro vasal-  
lo receptus est, a domino, ex casu, qvi praeter ejus  
culpam contigit, eo destituatur, ut recte ratiocinatur  
**H.** Pistorius 2 quest. 32. n. 19. Ac, qvo minus ea de re  
dubitemus, facit alter locus c. 30. **LehnX.** Neqve enim  
video, qvo Jure hæc vocabula: **Man mag auch nie-**  
**mand sein Lehn nehmen darumb/** qvisquam ad feudum  
paternum coarctare possit. **Q**uod si enim nulli hoc  
prætextu, quod deinceps imperfectus est redditus,  
feudum adimi potest; certè nec ei, qvi feudum no-  
vum habet, debebit. **Q**uam equidem sententiam,  
**Sententia** qvam etiam Hartm. Pistoris dict. quest. 32. n. 20. tuetur,  
ab **equi-** eo libentius seqvor, qvo æqvior benigniorve vide-  
**tate com-** tur, ne videlicet is, qvi semel de feudo est investitus,  
**menda-** & pro vasallo receptus a domino, ex casu, qui praे-  
**sur.** ter ejus culpam accidit, eo destituatur. Nemo faci-  
le negaverit, nimis rigidum fore, si dominus, qui  
semel feudum alicui concessit, eundemque vasallum  
agnovit, adversæ fortunæ casum, qvem præstare ne-  
mo potest, ipsi imputare ac præterea feudum aufer-  
re vellet; qvin potius æqvitatis ratio, qua vel ma-  
xime vasallo dominus devinctus est, exigit ac urget,  
ut dominus, commiseratione ductus, vasallo, adversa  
valetudine afflito, succurrat, atque æquo ferat ani-  
mo, ut interim servitia, qvæ morbo impeditus ipse,  
præ-

cessio-  
do po-  
privari.  
ratis, e-  
o con-  
eus fa-  
ne vi-  
vasal-  
er ejus  
inatur  
de re  
e enim  
ch nies  
udum  
lli hoc  
lditus,  
n no-  
iam,  
uetur,  
vide-  
titus,  
præ-  
faci-  
qui  
allum  
re ne-  
ufer-  
ma-  
rget,  
versa  
ani-  
pse,  
præ-  
ptæstare non potest, per substitutum expediat. Tum ipsum juramentum fidelitatis conditionem de possibili expresse annexam habet; Qvo igitur quæso ore dominus personalia servitia ab eo, cui per morbum hoc impossibile est, efflagitare, eoqve prætextu feudem semel concessum ei auferre poterit? Qvare, hoc loco Juris Communis & Saxonici evidens discri-  
Discri-  
men Juris  
Commun.  
& Saxon.

men est, qyorum alterum rigorem redolet, alterum æqvitatem sectatur. Qvanqvam utroqye jure ei, qui suscepta dignitate in fatuitatem incidit, administra-  
stratio non est relinquenda, sed curator potius dan-  
dus, Arum. ad A. B. Disc. 6. tb. 35. Rittershus. lib. 1. c. 15.  
q. 25. in fin. Quemadmodum in Galliis, Carolo VI. in amentiam prolapso, patrui regnum administra-  
bant, ut Titius refert Chron. in Carolo VI. ann. 1392.

## XI.

*De eo, qui*  
Qvid autem, an is, qui jam tum eo tempore, quo tempore ad successionem feudi vocatur, imperfectus casu delatae quodam fuit, in feudo paterno admittetur? Sunt, successio-  
certe, qui affirmant, apud Hart. Pistorium 2. qv. 32. n. 15. nisi imper-  
hac moti ratione, quod feudum habuit originem in feodus casu est.  
persona patris, deinde etiam fuit confirmatum in persona successoris, qui cum semel idoneus fuerit, justam succedendi spem ex pacto antecessorum na-  
ctus est. Licet igitur postmodum casu qvopiam lo-  
qvendi facultatem amittat, vel alioqvi imperfectus reddatur: non tamen propterea debeat perdere feendum, duabus radicibus firmatum. Sed verius o-  
mnino est, eum, qui tempore successionis delatae improba-  
mutus sive natura, sive casu est, in feudo succedere tur.  
non posse. Namqve pactum antecessorum, quo po-

tissimum nituntur dissentientes, hanc tacitam censetur habere annexam conditionem, si nempe successores habiles & idonei fuerint. Cum itaque successionis tempore inhabilis reperiatur, sive natura, sive casu; nullam certe justam conquerendi causam habere poterit, domino ipsum non admittente. At quando quis de feudo jam est investitus, tum, et si ex casu quodam superveniente inhabilis reddatur, æquitatis tamen ratio suggerit, ne dominus id, quod præter culpam vasallo evenit, ipsi imputet, neve afflito afflictionem addat, sed potius hunc adversæ fortunæ casum patienter ferat, atque concedat, ut vasallus interim per substitutum militaria præstet, servitia. Idque diserte probatur 2. f. 106. qui locus de eo, qui liber natus, sed deinceps in servitutem redactus fuit, & consequenter de vitio fortuito manifeste loquitur, ut ex eo perspicuum est, dum presupponit, fratrem coheredem liberum fuisse: & nihil tamen secius concludit, servitutis maculam sibi impedimento fuisse, quo minus ad feudum pervenire potuerit. Neque aliud Jure Saxonico obtinere ex priori loco 1. Land R. 4. liquet; quandoquidem istud Jus de vitio fortuito loquens exacte accurateque discernit, utrum priusquam morbosus factus quis fuerit, feudum acquisierit, nec ne. Ex quo conseqvitur, vasallum, sicubi, antequam de feudo investiretur, loquendi facultatem amisisset, a feudo esse removendum. Amplius hoc dilucidius apparet ex eo, quod de leproso ibi diserte dicitur: eum, licet feudum acquisitum retinere queat: tamen ad feudi successionem admitti non oportere. Lepra enim, quam plerumque homines intemperantia, victus

Consentit  
Jus Sax.

viectus sibi attrahunt, magis refertur ad morbos casu obtingentes, quam inter defectus a natura insitos. Huc pertinent, quæ thes. anteced. 9. ex A. B. prædixi.

## XII.

Sed satis ad istam quæstionem. Jam huic alia *Ad quem* succedit: feudum, quod mutus retinere non potest, *feudum* ad quem devolvatur, an ad dominum, an ad filios *devolva-* muti, an, iis deficientibus, ad agnatos? *Distinctione* *tur.* opus esse videtur, cum utrum quis natura mutus sit, an ex accidenti aliquo, tum quoque inter feu- dum novum & antiquum. Qvodsi enim mutus natura est, feudum antiquum, sive de eo pater pri- *mus gratia* mum, sive aliquis ex majoribus investitus sit, ad fi- lios muti, eosque habiles, aut, his deficientibus, ad a- gnatos, & Saxonum Jure, simultanee investitos, de- ferri, una omnium est sententia, ut testatur Rosen- *ferri* *thal c. 7. concl. 28. n. 5.* Quid autem, anne dominus *ad domi-* muto, aliive imperfecto gratiam facere potest, feu- *nus* *gratiæ* dumque ei paternum relinquere, ut per substitutum *facere* serviat? Imo vero potest, sed in sui, non agnato- *possit.* rum, præjudicium. In sui præjudicii, puta, quan- *Aff. in sui* do feudum ad dominum esset reversum, cum Ju- *præjudic.* ri pro se introducto renunciare non prohibetur. At quo minus damno eorum, qui, remoto muto, *non a-* proximam habent spem in feudo succedendi queat, *gnator.* vel hæc sola impedit ratio, quod contractu feudalium, atque adeo investitura prima saltem comprehensi intelligantur natura apti masculi; ii vero, qui natura inhabiles procreantur, ipso jure pro incapacibus, & quod ad effectum successionis feudalis attinet, pro

C 3

non

non-natis habeantur. Cui consequens est, solius domini favorem ob servitia non verti, sed & agnatorum, utpote quibus, cum nulla ejusmodi muti habeatur ratio, proxime Jus succedendi ex prima investitura quæsitum intelligitur. Quare si gratiam faceret dominus imperfecto, omnino Jus istud proximis successoribus interverteret. Unde & non, magis substitutum ad serviendum admittere potest, quam Clericum & fœminam. Qui initio feudi capax non est, nec per substitutum servire potest,

*arg.*  
*Argum. a 2. feud. 26. §. si minori, & seqv. 2. feud. 24. §. 2.* Quod si delicto ad vero argumentum urgeas a delicto ad imperfectio-  
imperfe- nem; respondeo, aliam esse rationem indigni, aliam  
ctionē dis- incapacis. Incapax habetur pro nullo; indignus  
solvitur. contra capax quidem est, & vere capit, sed se delin-  
quendo reddit beneficio indignum, atque adeo eo  
privatur. Quæ differentia vel ex titt. ff. de bis quæ  
pro non script. & de his quæ ut indign. satis conspicua est.  
Neque, si, remoto muto, successio proximis defera-  
tur, dominus habet, de quo queratur, cum feudum,  
cum onere servitiorum ad eos devolvatur.

### XIII.

Contra, ut alios taceam, Thomas de Marinis  
tract. de Gener. & Qualit. feud. tit. 2. part. 2. n. 135. nec  
non Mollerus lib. 3. semestr. cap. 34. a nobis discedunt,  
statuentes, gratiam a domino mutis, surdis natura,  
aliisve ejusmodi imperfectis fieri posse. Rationes,  
qvas produxit Thomas de Marinis, eo pertinent: im-  
perfectum solius domini favore a succeſſione exclu-  
di, atqve adeo agnatum, de lucro captando solicitum,  
domino, renuncianti favori suo, reluctari non posse;  
nemi-

Dissentientes.

i. Thom.  
de Mari-  
nis.

, solius  
agnato-  
nati ha-  
na inve-  
iam fa-  
l proxi-  
c non  
poteſt,  
udi ca-  
ſt, arg.  
Quodſi  
fectio-  
, aliam  
dignus  
delin-  
deo eo  
bis qua  
ua eſt.  
efera-  
dum  
ariniſ  
ſ. nec  
edunt,  
tura,  
ones,  
: im-  
exclu-  
itum,  
osfe;  
nemi-  
ſtū  
ne miniſe in jure tertii fundare licere ; ceſſante ratione  
& ipsam ceſſare oportere diſpoſitionem ; amplius inter  
fœminam & maſculum imperfectum manifeſtum eſſe  
diſcriben, ac illi qvidē a domino in præjudicium agna-  
torū gratiam fieri non poſſe, qvoniā in investitura  
ex natura feudi & ſexu ſui nō comprehendatur : con-  
tra vero mutum tamen maſculum eſſe , atqve adeo  
ſui natura feudi capacem, & faltem ob connatam  
imperfectionem minus idoneum ſuccelforem. Ve- *Confus.*  
rū ſatiſ, opinor, eſt oſtentum, maſculos imperfe- *tur.*  
Etos æqve ac fœminas, in investitura prorsus non  
comprehendi, ſed maſculos eos duntaxat, qui nulla  
imperfectione laborant. Qvisqvis eo tempore, qvo  
ſuccelſio defertur, eſt imperfectus, ex prima con-  
ventione pro nullo habetur, ut adeo feudum, eo  
præterito, ad ſeqventem agnatum devolvatur. Ita-  
qve qvōd Noſter ſuppoſuit, ſolitis hic domini direcți  
favorem respici, id vero eſt omnino negandum.  
Neqve enim minus agnati proximi, qvam domini,  
vertitur intereffe, ita qvidem, ut, agnato proximo  
ſemel ad feudum admifſo, nati deinceps ex muto fi-  
lli nullam habendam eſſe rationem, eumqve agna-  
to, ad qvem feudum pervenit, nullam deinceps con-  
troverſiam movere poſſe existimem.

#### XIV.

Deinde Mollerum qvōd attinet, is nullam com-  
memorat, qva moveatur, rationem, ſola contentus <sup>2. Moller</sup>  
auctoritate Andreæ Iſerniæ, qvem Evangeliftam  
Feudistarum appellant, & observantia aulæ Electo-  
ratus Saxonici. Sed auctoritate, unius præſertim  
Doctoris, nemo facile ſe moveri patietur, in primis,  
ubi

Ifernia  
Evangelista.

Observatio expli-  
cat.

Carpzo-  
vius illu-  
stratus.

ubi rationum momenta utrinque probe perpenderit, videritque, alios non minoris auctoritatis Consuetudinum Longobardicarum Interpretes, speciatim Matthiam de Afflictis, & Schraderum, contrariam tueri sententiam, eandemque ad Principem producere, quos quidem collegit Rosenthal. c. 7. concl. 28. lit. c. Neque, cum hominis proprium sit, errare, in rebus praesertim, quae sensu corporeo non percipiuntur, sed judicio ac mente discernuntur, appareat, quamobrem Ifernus ille Evangelista Feudistarum audit, quem parum interdum sui nominis memorem fuisse, non uno ex loco constat. Observantia vero, ad quam provocavit Mollerus, pertinet ad Electoratum Saxonicum. Neque quid hic aut alibi fiat, sed quid fieri debeat, in præsens, disquiritur. Ac tametsi, ut Noster refert, Scabini Lipsienses ita aliquando responderunt, non aliud inde tamen, quam sic semel Collegio cuidam placuisse conseqvetur. Qvodsi illum Doctorem Saxonicum, Carpzovium Part. 3. Conſt. 28. Def. 7. evolvas, deprehendes no. 5. eum sua sententia laudare Mollerum, nec solum, verum etiam Matthiam de Afflictis, & Hartmannum Pistorium, quorum uterque citatis locis rem sic temperandam diserte dicit, nisi alii supersint agnati, ad quos feudum alioqui pertineret. Imo ipsa verba, quibus Carpzovius usus est, innuunt, secum distinctione intelligi velle. Ait enim: facile hoc, quod ita indefinite posuit, quemvis concessurum, cessante scilicet ratione impedimenti. Cui hic non probabile videatur, Carpzovium, semoto casu, quo vertitur præjudicium agnatorum, loqui de eo, ubi nulli extant agnati, atque adeo solius domini versatur interesse. Ecquis enim

enim ignorat , casum superiorem inter Doctores  
valde esse controversum. Alioqui perperam dixisset  
Carpzovius , facile quemvis concessurum id , de quo  
tamen admodum disceptatur. Qvare existimave-  
rim , Carpzovium non ita crude descendisse in castra  
Molleris , sed potius rem eodem temperamento intel-  
lexisse , atqve in Collegiis Saxoniciis , quibus magna-  
cum auctoritate gravitateqve assedit , ita pronuncia-  
verit.

XV.

Qvid autem ? an ex eo , qvod Mollerus *citato loco* Mollerus  
ait , pupillo imperfecto , reclamantibus licet ejus agna- *explana-*  
*tis* , gratiam fieri posse ; colligemus , eum etiam statu- *mus* .  
ere : qvoties proximus successor imperfectione la-  
borat , toties feudum antiquum non seqventi agnato  
deferriri , sed potius ad ipsum reverti dominum ? Mini-  
me vero . In eo enim haud refragabitur Vir doctis-  
simus , in quod omnes uno ore consentiunt . Neque  
qui putat , jus succedendi , quod remotiori agnato  
competit , existente propiore , imperfecto licet , im-  
perfectum pariter esse , ac nondum satis radicatum ,  
atqve adeo a Principe qvodammodo , gratia imperfe-  
cto facta , suspendi posse , is statim etiam credendus est ,  
cum manifesta injuria agnati remotioris & in præju-  
dicio juris ab eo ex prima investitura acquisiti , sta-  
tuere , qvod feudum extra casum concessæ gratiæ , ex-  
cluso agnato , ad dominum pertineat . Similiter Tho- *ut* *G*  
mas de Marinis , ut maxime loco superius comme- *Thom. de*  
morato , dominum imperfecto successori gratiam *Marinis.*  
indistincte facere posse existimet : nihilo tamen se-  
cūs communem sententiam sequitur , qvod extra  
casum

D



casum concessæ gratiæ feudum seqventi agnato de-  
feratur. *cit. tit. 2. n. 35.*

## XVI.

Amplius si mutus ex accidenti aliquo est, tum  
vero discrimen inter feudum novum & paternum  
constituendum; Namque paternum quidem retinet,  
ut ex superius dictis constat; at novum, de quo an-  
tea ipse investitus fuerat, amittit, idemque non ad  
*Explica-* agnatos, sed dominum devolvit, *i. feud. 6. §. 2. in fin.*  
*sio 1. f. 6.* ubi hæc leguntur: **ET HIS OMNIBUS CASI-**  
*§. 2. in fin.* **BUS**, scilicet cum hoc casu, si vasallus lingvæ usum  
amittat, tum duobus antecedentibus, quorum alter  
est: si feudum datum fuerit ab eo, qui Jus dandi  
non habuerit *pr.* quanquam hic Gerardus verbo:  
*amittendi* abutitur, exemplo JCti *l. 33. in fin. pr. ad L.*  
*A.* alter: cum primi acquirentis proles mascula de-  
fecerit, sive cum novissimus vasallus decesserit, non  
relicto herede masculo, *§. 1.* Eandem loquendi for-  
mulam adhibet Gerardus *i. feud. 5. pr.* et si alio tan-  
tisper sensu, quandoquidem particula *omnibus* ibi  
non ad totum tractatum præcedentem, sed tantum  
ad proxime antecedentem versum, seu *§. aut si libe-*  
*lario* respicit, & speciatim omisso casu, cum vasallus  
fratrem suum occidit, (utpote, quo certum est,  
feudum agnato proximo deferrri, *2. feud. 37.*) tres  
postremas causas continet. **FEUDUM** novum,  
de quo vasallus, anteqvam fieret mutus, investitus  
fuerat, **AMITTITUR**, proprio intellecto vocabulo,  
cum in casu altero deficientium vasalli heredum  
masculorum, tum quoque in hoc tertio. **Neque**  
enim, quod in casu priore verbum *amittendi* impro-  
prie

*Verbi: a-  
mittendi  
varia si-  
gnificatio.*



prie usurpatur, ex eo oppido est arguendum, eundem quoque in modum hic intelligi. Imo potius propriam significationem, quæ cum regulariter, tum in altero casu evidenter obtinet, ad tertium etiam produci clarum est, fatendumque, primam amittendi feudi causam cum reliquis duabus, a quibus non specie tantum, sed & genere differt, minus recte conjungi. Ex qvo iterum commodum satis *Nov. 4r.* argumentum dicitur, *pr. textus 1. feud. 6. §. 2. non gumenū.* mutum natura, sed ex accidenti aliquo, itemque feudum, non paternum, sed novum intelligi. Mutus natura proprie feudum amittere dici non potest, utpote quod nunquam habuit, 'nec habere quidem' potuit. Mutus ex accidenti aliquo feudum novum, de qvo antea investitus erat, amittit; paternum, ante superveniens vitium acquisitum, retinet, in nondum vero acquisito non succedit, conseqventer nec illud proprie amittit. **E T A D DOMINUM** exclusis agnatis, utpote qui in feudo novo non succedunt, imo & filiis, **REVERTITUR**. Qvod *aliud ar-* verbum iterum indicio est ac argumento, hoc loco *gum.* agi de feudo novo, cum proprie reverti dicatur, qvod ab eo, ad quem revertitur, constitutum est.

## XVII.

*Qvare vera ac genuina horum verborum sen-* *Sententia*  
*tentia est: Feudum novum superveniente Vasalli* *l. f. 6. §. 2. in fin.*  
vitio amitti, atque adeo exclusis filiis, agnatisque, ad dominum reverti. Ratio vero in eo sita esse *vi-* *Ratio.*  
detur, qvia feudum sub modo tacito, eoqve resolutivo, datum intelligitur, quoad Vasallus servitia præ-

D 2

stare

stare possit ; qvo qvidem modo cessante necesse est, feudum ipsum resolvi. Enimvero hoc Thomæ de Marinis, qvem commemorat Rosenthal, c. 7. *concl.* 27. n. 19. *tit.* r. aliisqve, in feudo pro se & filiis acquisito, rigorosum, ipsi vero Rosenthalio *cit. loc.* in concessu pro heredibus, absurdum videtur. Sed momenta dissentientium tanti non esse videntur, ut a superiori, qvam asserui, sententia qvenqvam facile dimovere possint. Primum enim, qvod objicit Rosenthalius : hic nullum subesse vasalli delictum, perexiguum est, ac leve. Vasalli qvidem delictum sienti repondetur. caussa amittendi feudi est, sed non sola. Ecquis enim dixerit, vasallum delinqvere, cum religionis nimio amore habitum Clerici assumferit? Is qvidem sua se voluntate inidoneum facit, suscipiendo ordinem, secus ac mutus. At ecce sacro ordini tantus non tribuitur favor, quantum qvidem dissentientes supervenienti vasalli vitio tribui volunt? Pergit Rosenthal *i. feud. 6. §. 2.* verba : *& his omnibus casibus feudum ad dominum revertitur*, attemperanda esse, ut intelligantur, si filii agnati non extent. Atqui vero hoc mere divinatorium est, imo proprietati vocabulorum, qvod superius ostensum puto, juxta adversum. Jus illud, qvo filiis successio in feudo novo debetur, qvodqve urget Noster, supponit casum, qvo is, qui de feudo primus investitus est, decepsit, non ubi ob vitium superveniens inhabilis ad obeunda servitia est redditus. Sed instat Rosenthalius, verba *i. feud. 6. §. 2.* *his omnibus casibus* referri ad casum antecedentis *§. 1.* de filia semel exclusa, nec tamen eo feudum statim domino aperiri, si aliquando agnati ejus capaces adfuerint. Provocat vero ad *Concl. 44.* ejusdemq;

num.



esse est,  
mæ de  
. concl.  
acqui-  
in con-  
ed mo-  
, ut a  
n facile  
cit Ro-  
tum ,  
elictum  
qvis e-  
nis ni-  
videm  
ordi-  
tantus  
rientes  
git Ro-  
us feu-  
, ut in-  
i vero  
abulo-  
ersum.  
betur,  
s , qui  
abi ob-  
ervitia  
. feud.  
ceden-  
udum  
us ca-  
demq;  
num.  
num. in primis 18. ubi defuncto sine heredibus *exclu-*  
*dente* remotiores agnatos domino antefert. Atqvi  
autem §. 1. i. *feud.* 6. proponitur quis eo tenore, *i. f. d. §. 1.*  
feudum accepisse, ut ejus *descendentes*, masculi & *exponi-*  
*fœminæ*, illud habere possint. Jam relieto masculo, *ur.*  
deciditur, ulterius fœminas non admitti, prætereant  
que *juncto seq.* 2. *in f.* innuitur, cum filius primi ac-  
quirentis decessit, non relieto herede masculo, feu-  
dum neqvaqvam fœminis, earumque *descendentia-*  
bus, utpote semel ob relictum filium exclusis, de-  
ferri, sed ad ipsum potius dominum reverti. Qvæ  
certe simplicissima est, verissimaqve hujus loci sen-  
tentia, nec, ut alia eidem affingatur, indoles recti  
sermonis patitur, dum fœminæ ulterius non admitti  
dicuntur, nec ratio connexionis concedit, qvando-  
qvidem hic de modis, quibus feudum amittatur,  
& ad dominum revertatur, agitur, ut recte Bitschius  
judicat *cit.* §. 1.

## XVIII.

Qvibus ita constitutis, fateor, me non tam esse  
perspicacem, ut, quamobrem Rosenthalius remoti- *Rosenth.*  
ores agnatos hic domino anteferendos putet, anim- *amplius*  
advertis. Ait, inquam, si *excludens* sine heredi- *notar.*  
bus fungatur vita, tuni remotiores agnatos domi-  
no præferri. Atqui autem *i. feud.* 6. §. 1. repræsen-  
tat speciem feudi pro descendantibus masculis & fœ-  
minis accepti; statim itaqve, atqve decedente pri-  
mo acquirente, ejus filius succedit, fœminas omni-  
modo excludit. Quo igitur modo, eo quoque abs-  
que heredibus mortuo, remotiores agnati feudi e-  
jusmodi capaces dici poterunt, iisqve excludendus

D 3

domi-

*Tempem dominus? Quanquam non abnuerim, primi acqui-  
mentum. rentis progenie mascula, procedente tempore au-  
cta, agnatos etiam remotiores ultimi possessoris exi-  
stere, atque tum dominum excludere posse. Sed  
Thoma de  
Marinis  
reponde-  
sur.  
satis puto factum Rosenthalio. Ceterum quod Tho-  
mæ Marino hæc ipsa, qvam adstruere studui, sen-  
tentia rigorosa videatur, eo equidem non commo-  
veor. Mihi sufficiat, quod ipse, rei convictus eviden-  
tia, fatetur, eam veriorem esse. Enimvero ipse  
ib. 10. Pistorio non refragatus fui, sententiam Saxo-  
nici Juris ab æquitate commendanti; Neque nunc  
quidem est, cur eum deseram. Verum ideo non  
dicam, temere movendos esse Jurium terminos, al-  
terumque cum altero miscendum, præsertim cum  
utrumque rationibus domesticis, licet in se non æ-  
que idoneis, innitatur. Sane incerta illa & captiosa  
æquitatis imago, qvæ interdum prætenditur, sæpe  
numero perniciosi erroris caufsa est, quemadmo-  
dum l. 91. §. 3. de V. O. indicatur. Neque vero ha-  
bent agnati, de quo querantur, cum ipsiinet in feu-  
do novo non succedant; Filii vero, cum beneficio  
primi acqvincentis patris succedant demum, non æ-  
gre ferent, si vitio patris superveniente nati & ipsi  
spe succedendi exciderint.*

## XIX.

*Quæstio:  
Utrum, defuncto  
vasallo, si revertatur, ut nec  
lii agna-  
tive suc-  
cedans?* Supereft quæftio, an feudum novum superve-  
niente vasalli vitio adeo amittatur, ad dominumque  
vasallo, si revertatur, ut nec decadente deinceps vasallo, filii  
ejus agnati eo potiantur? Tametsi vero hanc  
ipsam quæftionem nondum a quoquam exerte de-  
cidi

cidi repererim: tamen facile ex iis, quæ prædicta sunt, appareat, eandem esse affirmandam. Cuiusquidem decisionis ratio ex singulari illa, ac satis abundeque perscripta, feudi novi natura ac indole estarcessenda. In feudo namque novo agnati non succedunt; filiorum vero post vitium Patris natorum nulla habetur ratio, cum domino jus ei semel quæsitum supervenientia filiorum ejus, qui vasallus esse desiit, adimi non possit. Neque investitura in feudo novo descendentiis masculis aliter jus tribuit, quam si patre adhuc dum vasallo nati fuerint. Aliud igitur est in filiis jam ante patris infirmitatem existentibus. Hi enim, uti investitura continentur; ita, remoto deinceps Patre ob imperfectionem adventitiam, & veluti pro mortuo habito, statim feudum obtineant, rationis est.

## XX.

Ac ut, quid de hoc diffcili intricatoque argumento universim sentiam, intelligatur, regulas constituant, iisque sententiam meam perspicue exponam.

I. Vasallus, superveniente vitio, feudum a Regulaemittit novum, salvis tamen in subsidium alimentis, de hoc arguidque Jure Feudali communi; Nam Saxonico Jure gumento. non amittit, sed retinet.

II. Qui tempore delatae successionis vitio laboret, eoque five naturali five adventitio, non admittitur, tam Jure Saxonico, quam Communi. Nullum enim in eo Jurium Discriumen est. Quanquam tum etiam eidem, si aliunde non habeat, de quo domi-

cqui-  
e au-  
s exi-  
Sed  
Tho-  
sen-  
imo-  
iden-  
ipse  
Saxo-  
nunc  
ion-  
s, al-  
cum  
n æ-  
otiosa  
æpe-  
dmo-  
ha-  
feu-  
eficio  
on æ-  
& ipsi

erve-  
nque  
, filii  
hanc  
e de-  
cidi



vivere possit, necessaria vitæ subsidia ex feudo sunt  
relinquenda.

III. Vasallus feudum novum, superveniente  
deinceps vitio, etiam Jure Communi tum retinet,  
cum vel personale servitium domino præstare non  
tenetur, vel non ineptus est ad illud præstandum,  
cujus quidem generis hominem, etiam natura sua  
mutum surdumque, sua ætate extitisse Bartolus L. I.  
*de P. O.* narrat, vel denique si a domino gratiam  
impetret.

IV. Etiam is, qui tempore successionis delatae  
morbo laborat, toties admittitur, quoties ei domi-  
nus gratiam facit, modo agnati nulli extent. Nam  
iis extantibus, domino licet consentiente non ad-  
mittitur.

V. Vasallus feudum antiquum, semel acquisi-  
tum, vitio deinceps superveniente, non amittit, sed  
retinet, æque Jure Communi ac Saxonico, dato ta-  
men ei, si minus ad administrationem idoneus sit,  
curatore. Quanquam hoc etiam loco subjiciendum  
est temperamentum: nisi vitium istud accidentale  
culpa vasalli obvenerit, ut si oculos in duello amisif-  
set, vel ob crimen quoddam ipsi evulsi fuerint.  
Qvod quidem H. Pistorius n. 40. cum aliis ibidem  
commemoratis in feudo quoque novo, qvod alio-  
qui secundum ejus sententiam regulariter vitio su-  
perveniente minus amittitur, lubens admittit.

## XXI.

Argumē-  
sum pra-  
judicio  
Colle. ii  
Vitemb.  
illusorur.

Ex his, quæmodo tradita sunt & exposita, recto  
stabilique judicio resolvi possunt quæstiones, in-  
caussa successionis feudalism, nobilissimam Zieglero-  
rum

rum gentem superioris Lusatiae complectente,  
qvas Mensis Jun. 1693. Collegio Vitembergensi at-  
tulit. Prima erat, utrum filius vasalli prædefuncti  
natu minimus, surdus & mutus natura, feudi pa-  
terni capax esset? Altera: feudumne hujusmodi  
ad fratres pertineret, an domino esset deferendum?  
Postrema denique in facto ponebat: pupillum istum  
ex reliquo sibi a patre allodio novum comparasse  
feudum, admissumque a domino, dilationem præ-  
stanti juramenti in tempus pubertatis, ut fieri solet,  
obtinuisse; ubi quærebatur, cui hujusmodi feudum,  
vitio, quod initio in ætate puerili latebat, deinceps  
apparente, cedere debeat? Ubi ad primam qvidem  
quæstionem Collegium negavit, feudi capacem esse;  
ad alteram vero respondit pro fratribus contra do-  
minum, imposta tutori redditione suæ administra-  
tionis ex eo tempore, quo pupillus, frater natu mi-  
nimus, feudum possedisset, reliquis tamen eidem,  
quæ necessaria ad honestam sui exhibitionem viden-  
tur, vitæ subsidiis. Ad postremam respondit idem,  
Ordo, nec fratribus, nec domino feudum esse addi-  
cendum; non fratribus, quia erat novum. Ac tametsi  
de eo simultanee essent investiti; tamen iniquum  
videbatur, eos beneficio fratri, primi acqüirentis  
damno, contra intentionem pacientium abuti pos-  
se. Accedit, quod feudum ab incapaci acquisitum  
pro non-feudo, & quod huic conseqvens est, defici-  
ente feudo, fratres pro non-simultanee investitis ha-  
beantur. Sed nec domino; utpote qui, si sciebat  
eum, quem vasallum ascivit, talem esse, gratiam  
ei fecisse intelligitur; sin minus, totum negotium cum  
eo, qui incapax fuit, ab ignorantे gestum est nullum;

E

aut

aut petita in integrum restitutione rescindendum,  
ita quidem, ut recepto pretio pro feudo exsoluto, res  
in pristinum vindicetur. Qvanqvam, si hoc etiam ca-  
su dominus ei veniam dare velit, feudum, eodem fine  
heredibus masculis defuncto, ad fratres simul-  
tanee investitos devolvetur.

S. D. G.

---

## Corollaria Juris Feudalis:

### I.

**F**eudo dato zu rechtem Erbe / oder allo-  
dial Erbguth / oder als ein eigenhüm-  
liches/ erworbenes/ gewonnenes Guth/   
intelligitur absolute hereditarium cum rati-  
one dispositionis, ut vasallus de eo libere in-  
ter vivos ac mortis caufsa disponere possit,  
tum ratione successionis, & iterum cum-  
quoad personas, ut etiam fœminæ succe-  
dant, nec non extranei; tum quoad modum  
succedendi, ut succedatur modo civili, h. e.  
quemadmodum in allodio, atque adeo he-  
res facta defuncti præstare teneatur. **Quod**  
quidem feudi genus proprio hereditarium  
ac alienabile vocatur.

III. Feu-

II.

Feudo dato zu Erb=Lehn / intelligitur hereditarium ratione modi succedendi solum , ita ut successio fiat ex ratione Juris Civilis , salvo ceteroqvi personarum discrimine ; nam fœminæ in eo non succidunt.

III.

Feudo dato zu Erb = und Weiber = Lehn intelligitur hereditarium ratione modi & personarum succendentium simul , salvo tamen ordine sexus , ita quidem ut fœminæ non una cum masculis , sed demum his deficientibus succendant.

IV.

Feudo dato zu Weiber-Lehn/ intelligitur hereditarium ratione personarum succendentium , ita ut fœminæ quoque succendant, non tamen aliter quam in subsidium, hoc est , deficientibus masculis. Ceteroqui ratione modi succedendi manet proprium.

V.Feu-

QK TTK 307 V.

Feudo dato pro se & heredibus, vor sich und seine Erben/ intelligitur proprium. Nam vocabulo heredum Erben cum Feudali Jure, tum in literis investituræ in Lehn-Briefen intelliguntur regulariter heredes habiles, atque adeo feudales Lehn-Erben; Nisi consuetudine loci secus receptum probetur.

VII.

Feudo dato pro se & quibuscumque heredibus, vor sich und alle seine Erben/ intelligitur hereditarium ratione successionis, cum quoad modum succedendi, tum quo ad personas succedentes. Alioqui ratione dispositionis manet proprium.

VIII.

Feudo dato cum clausula liberæ dispositionis, mit freyer disposition, intelligitur alienabile, quod vulgo hereditarium audit ratione dispositionis, non item tale ratione successionis intelligitur.

ca (o) 20

107  
MC



